



Ad. 59.

Dilige Latronos fūge Christum discipulos falsūm  
fratres occidit frāndūt alii voca iefūte;



v. 43

**IURIS  
ARTIS TOTIVS, AT  
QUE METHODI ABSOLVTIS-  
SIMÆ UERÆ & PRINCIPALISSIMÆ DIU-  
SIONIS, QUÆ HACTENUS; I XEROSQUE IURE  
CONSULTOS EXCELLĒTISSIMOS LATUIT  
SINGULARIS & BREVISSIMA  
QUĘDĀ ELUCIDATIO,**

**A D. PAULO OLINGERO, IURIS VTRIUSQ  
DOCTORE, ARGENTINENSE CON-  
SCRIPTA.**

**CUM REPERTORIO NOTATU DIGNORUM OMNIU  
CALCI ADNEXO LOCUPLETISSIMO.**

**ARGENTORATI.**

**Blas. Fabric.**

**1555**

EFFIGIES D<sup>r</sup> PAVLI ÖLINGERI + I C.  
A<sup>o</sup> CHRIS 1554  
A<sup>o</sup> ÆTA<sup>z</sup> SVÆ , 27 +  
A<sup>o</sup> DOCE<sup>r</sup> SVI 12<sup>t</sup>.



IN SIGNIA D. PAV. ÖLINGERT CY C.



GRIPHVS EXC. ELSIS INSISTIT  
MONTIBVS HOC EST,  
INGENIO REGITVR NOBILITATIS ONVS

PRAEFATIO  
AMPLISSIMO, ET GE-  
NEROSISSIMO DOMINO DO-  
mino Philippo Juniori, Comiti  
in Hanauu, & Domino in Lie-  
chtenberg &c. Domis-  
no suo gratioſo.  
S. P. D.



I quid est in me  
ingenij, comes  
aplissime & ge-  
nerosissime, φ  
sentio quam sit  
exiguum: aut si  
quod exercitiū  
libros in publicū emittendi, in quo  
me non inficior non admodum uer-  
satum: aut si huius instituti ratio ali-  
qua à iuris, & optimarū artium stu-  
dijs & disciplina profecta, à qua ego  
nullum confiteor ætatis meæ tem-  
pus abhoruisse: Earū rerū omniū  
uel in primis iuris studiosi fructū à  
me

## PRAEFATIO

me repetere propè suo iure debent.  
Nam quoad longissimè potest mēs  
mea respicere præteriti tēporis spaci  
um, & pueritiæ ultimam memori à  
recordari, inde usq; repetens, uideo  
hoc institutum aliquorum hortatu  
præceptisq; conformatum ( ut sane  
est ) nonnullis aliquando utilitati es  
se posse: propterquos id suscepimus  
quo cæteris prodesse, & studia iuris  
propagare possemus, nam hisce pro  
fecto ipsi, quantum est innobis sitū,  
& commodo & adiumento esse des  
hemus. Ac ne quis à nobis hoc ita  
dici forte miretur, quod alia quædā  
de his tractandi requiratur īdustri  
a, maior eruditio, & item magis po  
lita elocutio: Ingenuè fatemur nos  
huic studio ac proposito non adeo  
diu insudasse, nec etiam sempereis  
dem penitus deditos fuisse, & ideo  
speramus nostro stylo ac phrasī non  
admodum eleganti studiosis iuris

A iù conten

## PRAEFATIO

contentos fore. Deinde, ne cui etiā  
am mirum uideatur, me noua ratio  
ne iura nostra artibus accommodare.  
& inusitato modo circa artes iura  
tractare: idque ea ratione, quae non  
modo à consuetudine professorum,  
uerum etiam ab interpretum ordi-  
ne abhorreat: Quæso à uobis, ut in  
hac caussa mihi detis hanc ueniam,  
accommodatam huic nostro institu-  
to, uobis, quemadmodum spero, nō  
molestam, ut me de methodo legali  
conspicua, ac de orthographia lega-  
li scribentem, sub eo, quo utor, scri-  
bendi genere scribere, liberius &  
ineiusmodi negocio, quod propter  
philosophiæ studium minime in iur-  
dicijs periculisq; nec etiā in schola  
hactenus ita tractatum est, uti pro-  
penouo quodam & inusitato tractā-  
di modo, benigne patiamini: q; si  
mihi nūc uobis tribui cōcediq; sen-  
tiam, perficiam profecto, ut hoc ius  
nostrum

## PRAEFATIO

Nostrum ab artibus, & philosophia  
ipsa non modo non segregandis,  
(cū pars eiusdem sit) uerum etiam  
si non esset; putetis iisdem ascens  
dum fuisse

Nam, ut primum ius nostrum ab  
initio antequam Adam mandatum  
dei transgressus fuisset, in prima ci  
uis ætate, & quasi in cunis adiuicte  
lituit, omnia in summo perfectio  
nis gradu collacata substitere, idque  
adeò, ut nec ullius naturæ fragili  
tati uel corruptioni subiicerentur;  
nec ullis adhuc artium ac philosophiæ  
partibus prorsus egeret. At  
dum Adam Iustui Dei pernitsiosa  
mulieris suasione mali morbi de  
testando restitit, peccatum origi  
nis iamiam exorietur, in nostram om  
nium propagationem deuolutum  
ita est, ut natura ipsa quæquidem in  
Adamo incorrupta creata, per eum  
corruptioni subiecta, ad nos etiā fra

A iiiij gilio

## PRAEFATIO

giliis deriuata sit, Ex qua deinde  
naturæ peruersitate, quo & mundi  
huius inconstantia & fragilitas re-  
geretur, & compesceretur, eam ipsa  
sam certis quibusdam preceptis gu-  
bernari, ac sustentari, omnisque pes-  
riculi liberam constitui necesse fu-  
it,

Et ita ius nostrum cepit adoles-  
cere, Verum cum iam ius nostrum  
ex pueris excessit, Et tamen ad-  
huc præcepta ea uel leges naturali-  
quodam rationis instinctu potissi-  
mum egebant, ad eam naturales  
quidam conceptus & formulæ é coe-  
lo quasi et diuinitus promanantes,  
processerunt, que legibus & origi-  
nem, & subsistentiam tribuerunt,  
artes & linguæ elegantius excoli-  
cæperunt, que legibus nostris inter-  
pretandis, & purius etiā cōscriben-  
dis auxilio fuere, à quibus deinde  
artibus eiusmodi iura nostra cul-  
tum

## PRAEFATIO

tum non inanem acceperunt, in multis totius mundi locis, Romæ, Constantinopolí, in Italia, Francia, & nostris tēporibus in ipsa Germania, utin quibus quondam celebribus & copiosis urbibus, & terrarum locis nobilibus, eruditissimis hominibus, liberalissimisq; studijs affluentibus, indies magis magisque illustrata, & postea etiam nullius iniuria, nullius malicia, nec ullius temporis calamitate extincta sunt. His de caussis celeriter contingit iuris prudentiam nostrā omnes alias artes & facultates ( sola theologia excepta ) sua gloria antecellere, post in multis regionibus eius aduentus ita celebratus est, ( ut & sua præsentia hodie celebratur ) ut famam utilitatis suæ expectatio, expectationem ipsius aduentus admiratioq; superaret.

Ea ergo de caussa iuris prudentis

A v am

## PRÆFATI<sup>O</sup>

am nostram Graeci, Romani, Itali,  
Galli, & Germani, diuinis titu  
lis extulerunt, & præmijs dignita  
tum atq; encomiorum condonarūt  
immenſis, Hac tanta celebritate ex  
iſtimationis, cum eſſet iam in toto  
mundo celebratissima, artes etiam  
cœperunt eidem applicari, & idip  
ſum artibus : Dialectica per Appel  
lum, Hegendorphīnum : Rheto  
rica per Zasium, Omphalīum, &  
rurus Hegendorphīnum, uiros un  
diquaque doctissimos. Cœpit eti  
am idipſum præferri omnibus alijs  
artibus, & ipſius Philosophiæ par  
tibus, cœpit producere uiros emi  
nentissimos, in omnibus mundi hu  
iſus ferme partibus, qui cum eam ip  
ſam docendo, scribendo potuerunt  
illustrare, tum etiam ſtudium eius  
dem atq; aures audientium unā cū  
ingenio methodis certis, ac uia do  
cendi discendiq; iura compendiaria  
pluriſ

## PRAEFATIO

plurimum adiuuare , quos merito  
colimus, & iure summis honoribus  
afficimus.

Verum enim uero hoc non solū  
sublimitatis , ac excellentiæ Iuris  
prudentia nostra habuit , uerum eti  
am idipsum ex natura habuit, & ex  
uirtute , Natura qua prodijt , uir  
tute ea , quæ omnium uirtutum re  
gina est , scilicet Iustitia , idque i  
ta, ut honos qui huius Iurispruden  
tiæ adolescentiæ primus fuit , mul  
to magis familiarissima eiusdem es  
set senectuti. Erat etenim tempoz  
ribus primis huius studiū omnī  
bus studiosis iuris iucundum , audiz  
ebātur à perplurimis , uigebat in di  
ligentioribus , colebatur ab eruditis  
oribus : Iurisprudentes uero & in  
terpretes , Vlpianum , Paulum , Ca  
siūm , Papinianum , & alios , & to  
tam quasi Neruatū domum deuin  
ctam cōsuetudine cum teneret , affi  
ciebatur

## PRAEFATIO

ciebatur summo honore, q̄ tales uiros eximios non solū colebant, qui aliquid percipere, aut audire de iure uolebant, uerum etiam iura commendabant, eius extollebant alios Professores, in eam iuridicam facultatem magis quam in aliam sese adscribi æquissimo iure & fœdere malebant, & id etiam sese impetrasse, plurimum lætabantur.

Hæc itaq; sunt omnia cum plena laudis, tum propria iurisprudentiæ nostræ, nec in his omnibus uicium est ullum, idq; adeo, ut si nihil aliud de iurisprudētia, ac legibus nostris nihil amplius de iure nostro diceres mus, cauſsa iam dicta esset. Quid enim horum infirmari potest? Iura ne à quibusdam figi ac refigi solere dices? Adstat legalis prudentia summa autoritate, religione, sanctitate, & fide grauiſſima. quæ se non falli sed à quibusdam calumniari, se non opinari

## PRAEFATIO

opinari, sed scire, quosdam autem  
eam negligere; non audiuisse, sed  
aceperisse leges suas dicit, Ad sunt iur  
is interpretes; & iuris prudētes no  
bilissimi homines; qui huius crimi  
nationis causa cum mandatis impe  
ratorijs, & cum publico dignitatū,  
qua præditi, testimonio uenerunt,  
qui hanc nostram Iurisprudentiam  
iustissimam dicunt & certā esse. Hic  
tu alia testima[n]tia desideras; Hoc  
loci ne uicum quoddam Iurispru  
dentiae nostre opprobabis; Est ne  
malicia quorundā facultati nostrae  
uicio; Minime. Vbi igitur uicum;  
Certè in ea prorsus nullibi, nisi iniur  
ia legibus facta ignominia & legū  
uicum putanda sit, Cuius igitur uic  
ium; reuera nullius alterius quam  
ipsorum calumniatum, qui nescio  
quo sinistro sydere nati, Iura & le  
ges ipsas sacratissimas ut inutiles et  
superuacaneas pro placiti arbitrio  
figi ac

## PRAEFATIO

figi ac refigi solitas calumniari, accusare, & ingeminato ut plurimū improviso eorum temeritatis uicio contemnere assueuerunt, Eorum inquam solorum & nō legum hoc uitium est, qui si adducti gratia & fordido lucello sacratissimas nostras leges prostituerunt, qui etiam si eas ipsas optimas & firmissimas leges, Sed id non meritas, Si denique aliquidquod non contra aliceret, factum diceretur; sed contra atq; oporteret, fecerunt; Tamen est ea omnis mali reprehensio, ut non legum; sed malorum hominū prorsus repudianda, Nunc itaq; quid dicitur? Quid dicunt calumniatores leges nostras commisiles? Quod eas facere non licuerit? Quid hominum culpam legibus adscribunt? Quid proferunt contra leges quod ego non coner diluere? cur ego iuris prudentiam non coner commendare

## PRAEFATIO

dare: num ausim dicere fas esse du-  
bitari, quin quod eos obtrectatores  
fecisse constet, id eos non solum nō  
decuisse, sed nec etiam debuisse fa-  
teamur: Quid enim abest hisce ho-  
minibus, quod si adesset, iure ipsis  
hoc non tribui & concedi putare-  
mus: usus nē legū: quē nec pueritiae  
tempore extremo, nec prouecta in etia-  
te habuerunt, An ergo eorum inge-  
nium non contemnam: cum etiam  
propria eorum facta, & rerum euen-  
tus id ipsum declarent; in quo uno  
summa eorum malicia cū summa per-  
tinacia certauit, ut omnium iudicio  
sibimet ipsis īdem plusquam dece-  
at, tribuerint: An pudorem: an pers-  
uicatiām: an indiligentiām non in-  
cusem: quos nostrae leges, quos ius-  
ris studiosi, quos legibus subditi,  
imprudentiores, immodestiores &  
nequiores, non modo non uiderunt  
sed aut sperando unq; aut optando  
*citation* tales

## PRAEFATIO

tales esse unq̄ cogitauerunt.

Sed quorsum h̄ec dices; quo nūc  
se proripit ille; certe eo tota h̄ec noſ  
stra disceptatio tendit, ut cum certo  
conſtet legum precepta ut plurimū  
transgredi, adeoq; & humana conſ  
titutione & industria, quæ & eius  
non incapax; (ut prefatum) maxi  
mè opus esse; eamq; sine ulla sacræ  
paginæ repugnantia obſeruari deſ  
bere & posſe, Quo singulis ex circū  
ſtantijſ, cum naturali ductu, tum &  
ex boni equiq; respectu pro facti ipſ  
ſius qualitate res conſideretur; Ad  
uersarij cognoscant, dum humanas  
inuentiones subuersas cupiunt: ſe  
ipſos, ſuamq; prius cauſam condē  
nasse, & ante à cauſa excidiffe, quā  
actionem instituerint. Quid enim  
fomentum? Quid occaſionem legi  
bus dediffe putas? num boni mores?  
at bonis nulla lex imposta: malī igi  
tur, Corruptior enim hominum cō  
uersatio

## PRAEFATIO

versatio secura legis istius Euangelicæ in omne flagitium effrenos recuperiditate ita inualuit, ut paucissimi sint, qui ad tam salubria præcepta sese componant, uitæ institutum ex ihs ordiantur; ut sic optima ac ratione necessaria hoc præceptū quod malis moribus lex hūana uelut succedaneo remedio eiusmodi uitij*s* ingraffantibus occurrat, institutum comperiatur.

Quia de cauſſā legalis illa nostra disciplina non ſolum non inutilis, ſed & omniū maximē necessaria eſt: Quis enim legibus ademptis hominum insolentiam compesceret: cōcuffiſiones, fraudes, rapinas, furta, Tyrannides quis reprimeret: ruētem in omne ſcelus quis coherceret: Vbi iam tuta foret inter improbos innocentia: quomodo ciuitates, imo etiam exiguum hominum cōetus et domuncula quępiā subsiſteret

B steret

## PRAEFATIO

ret: certe nullo modo: Discant ergo improuidi aduersarij uulgatissimo adagio edocti, bonas leges maiis moribus procreari. Sicuti etenim medicorum pharmacis nihil opus foret, nisi morbis laboraretur: certe & ita legibus condendis nihil opus esse, nisi perperam uiuere: res ipsa ultro euincit, comprobavit, & item ipsa rei euidentia confirmationis utramq; facit Paginam. Quid enim uesanam aduersariorum opinionem consequi uide mus, num uitam tranquilliorem: at omnia intestinis conflagrare seditis onibus, & odio perpetuo iuuicem uelitare uideas: num plebeculam dictis obsequentiorem: at modicus ibi magistrati honoros: nū porro uitā innocentiores: uix, credo, dices. Quid igitur: fœcunda isthæc assertio illud peperit, ut dum quisque pro libitu, quæ sua sunt quærit, impes

## PRAEFATIO

Imperiū fasces interim subuertantur,  
eludatur magistratus imperiū,  
omnisc̄ adeo potestas excutiatur,  
Manifesto ergo cōstat, q̄ij qui le-  
ges nostras soluendas affirmant,  
nihil aliudquām ciuilem hominum  
conuersationem dissoluere, uniuersi-  
tatem disturbare, atq; ad fabu-  
losam uanitatem pristini sæculi nos-  
reducere affectent.

Tantum de ratione instituti no-  
stri, ac legum nostarum de laude,  
et defensione dictum suffecerit.

Ceterum alia principalis pars, de  
patrono celebri hisce libellulis seli-  
gendo, ijsq; patrocinio eiusdem stre-  
nue contra hominum obtrectatio-  
nem defendendis nunc suscipitur,  
Idq; cū laude & rei, & illius Mæce-  
natis qui pro hoc labore nostro pro-  
pugnando singulatim electus est,  
hoc quicquid operis est leuissimi eti-  
am dedicabitur. Iam ergo, quia ri-

B ij diculum

## PRAEFATIO

diculum est, ad ea quæ habemus nis  
hild dicere: De rei uel horum libellu  
lorum laude primū dicendum. Sed  
quia quærere quę habere non possu  
mus, magis derisorium: si namus  
huius libri laudem alios deducere,  
alios hominum memoriam celebra  
re, & nos saltem literarum memoriam  
efflagitabimus, contenti, q̄ ijs ipsis  
iuris studiosis cōmodare possimus,  
quodq; hoc operis amplissimi & ge  
nerosissimi hominis religione, inten  
gerrimoq; patrocinio, ac fide nec un  
quam deprauata tueatur. Quid es  
nim ego propriam laudem procla  
mare: cur ego sordide meos ultrō  
extollerem labores: certe nequaq;  
Quis igitur: Hoc faciat licebit ali  
us de me, si modo qua laude dignus,  
spargat is, qui quę laudabilia uerē  
cognouerit, qui meos labores penis  
tius inspexerit: & qui demum mihi  
meritò fauet ex animo, Liber item  
ipse

## PRAEFATIO

ipse, cum rarus, cum nouus, cum ar-  
duus, & hactenus sic nec unq̄ editus:  
suo sese laudet intento,

Hanc libri laudem consequitur  
persōæ eius cui dedicatur liber uter  
que, commendatio. modo tamen pa-  
tronus ijsdem prius fuerit selectus:  
Quem ergo quæremus, quem seli-  
gemus p Mœcenate: cuinam hosce  
libellos dedicabimus: Et certè huic  
cuius honos per se unicè uirtutem  
excitat alitq̄, cuius stemmatis am-  
plitudo, cuius generis claritas, cu-  
ius fortunæ splendor, cuius ingenio-  
um, natales, educatio, adolescentia,  
& spes optima sunt laudatissima (si  
quidem hæc potissima dona laude  
dignissima in iunioribus Illustrissi-  
mis Principibus. generosissimis  
Comitibus, & alijs dignitatibus pre-  
ditis adolescentibus conspicimus,  
Quibus, & uiris uel adultioribus ta-  
lia opuscula dedicanda sunt) Sed

B 3 in om̄

## PRAEFATIO

In omnibus dignitatum predictarum  
gradibus Domine Amplissime ac  
generosissime Generosiss: A. Tuā  
inter iuniores Germanię Cōites ui  
deo cernōque ualde conspicuam.  
Nam si primum stemma & generis  
claritatē obseruauerimus, nūquid  
generosiss. A. T. à prima origine  
in omni prosapia merito dicemus  
generosissimam & splendissimam:  
Nunquid si fortia facta generosiss.  
A. Tuę parentum amplissimorum  
attenderimus, ea ipsa inuenimus ce  
lebratissima & Deinde si generos  
siss: A. Tuę fortunarum splendo  
rem respicimus, quid nobis non lau  
de dignum aperiunt possessioēs, Di  
uitiae, territoria magna, quibus am  
plissimus & generosissimus Comes  
G. A. Tuę parens dilectissimus,  
sumereuerendus (ut quicq; alij suo  
rum Maiorum) regnādopræst cō  
stantissimè, iuste atq; piè, cum omni  
um

## PRÆFATIO

um suorum subditorum gaudio cœ  
lebratissimo. Quibus tua genero-  
sissima amplitudo Maiorum ex uis-  
tis imaginibus & ex Familiæ deco-  
re, ad uitam recte instituendam mo-  
menti sane plurimum accepit, ex eo  
rum exemplo seipsum instituit, Si  
uero tertio loco ingenium atq; indo-  
lem generosissimæ Tuæ amplitudi-  
nis perpendimus, cur id ipsum lau-  
dibus non euheremus? cur nō præ-  
ceteris cōmēdaremus maximis præ-  
conijs? certe si uera dicere curāus,  
id hoc loci nequaç; intermittimus,  
Si in medio laudis uado non interci-  
cipimur, hoc collaudamus cōdigno  
merito, Siquidē id ipsū circa mores,  
artes, & humanas literas addiscen-  
das imbibendasq; Quibus genero-  
siss: A. Tua est studiosissima, effica-  
cissime cognoscitur, & ita sane prin-  
cipalibus radījs clarissime emicet,  
Quod spē maximā de G. A. Tua, eis  
iusq; regi

## PRAEFATIO

regimine, uidelicet, quod haud du  
bièa ipsa paucis annis fortissimo :  
infractoç animo, constanter, iuste,  
& ut pius comes suos subditos rege  
re poterit: perspicuè nobis exhibet.  
Educatio ac cura Dominorum Pa  
rentumq; & præceptorum diligens  
tissima, item & obedientia studiosa  
G. A. Tuæ confirmat manifestè:  
Quæ sanè ònia ex. G. A. Tuæ mori  
bus, cōsuetudine equaliū, ac ex amo  
re & studio eorum, quorum cognos  
ta indoles eius est, facile noscuntur.  
Nam ut quædam inter se brutis, sur  
discq; rebus uel amicitiæ , uel inimi  
citiæ nota est, ut Magneti cū ferro:  
Sic G. Tuæ Amplitudini familia  
ritas cum cognatis ingenij facilè  
contrahitur, cum alienis difficul  
ter. In G. T. Amplitudinis in  
genio clarissima excellentiæ indis  
cia sunt pudor, æmulatio, & etiam  
admiratio, In adolescentia ( ubi  
primus

## PRAEFATIO

primus uitæ fructus) mores G. A.  
Tuæ sunt spectatissimi, & adeo ex  
culti, ut singulariter in eadem splen  
descant. Virtutes etiam & studia  
uirtutis ualde sœdula, Quarum  
præstantiam in G. A. Tuæ usu &  
conuictu bonorum, diligentí stu  
dio, humilitate, benignitate, &  
mansuetudine Tua omnino genes  
rosissima Amplitudo palam exerit,  
Heroice mentis, pacifici, & futuri co  
mitis benignissimi, cum publico &  
priuato omnium subditorū, & sui  
totius comitatus commodo maxis  
mo nobis dant indicia.

Merito ergo præ cæteris G. A.  
Tuæ hosce libellulos dedicare uos  
lui, & eos ipsos G. T. Amplitudi  
ni potissimum offere, Quo ciusdē  
potrocinio conspicuo tutius in pu  
blico, quo nunc prodit, ab æmulis li  
uidis, & calumniatoribus possit de  
fendi.

B v Offero

## PRAEFATIO

Offero itaque Amplissime & ge-  
nero/issime Comes , Amplitudini-  
tuæ generosissimæ hos libellulos ,  
eosque ip' os eidem dedico , & simul  
id unicè efflagito : quod generosissi-  
ma Tua Amplitudo : huius diuer-  
bij non immemor ( quo dicitur mo-  
la falsa litare quibus thura desunt )  
hoc qu idquid est muneris minimi ,  
à me minimo Iureconsulto , bene-  
uolo , ac mitissimo recipiat animo ,  
eoçp cum munere mentis meæ pro-  
titudinem aduertens : memet ha-  
beat commendatissimum . Quo  
nimirum id efficiet , quod aliquan-  
do præstantioribus studij laborib.  
mea studia , me itidem Sue ac ge-  
nerosissimi Parentis sui obsequijs  
oblaturus sim modis omnibus ob-  
uium atçp promptissimum .

Vale Comes generosissime , &  
amplissime , Dei ex nutu , stude , ui-  
ue , regeçp fœlicissimè .

Datę

PRAEFATIO

Datæ Argentorati postrid. Cō  
uerisionis Pauli. Anno à Christo,  
nato cōputato millesimo,  
quingentesimo, quin-  
quagesimo quin-  
to.

Generosissimæ Amplitudinis  
Tuæ obsequiosissimus,

Paulus Olinger  
V. I. D.  
Argent:

# INDEX

LOCORVM OMNIVM SCITV  
ignorum Hoc in tractatu contentorum Co-  
piosissimus.

## A

**A**ctiones praecordiales prætoriae quare rea-  
les dicantur: 14.

Actio obiecti iuris non species uel pars,  
sed partis alterius, et ultimæ ipsius obiecti iuris, pie-  
ta rei ultima portio dicitur, scilicet, ipsius rei per-  
secutio: 15.

Actionem ipsam producit factum non domini-  
ums: 19.

In Actione reali factum quomodo considere-  
tur: 20.

## D

Disciplinis peculiare est principe loco obiectum ad  
propriam rationem coarctare, illamq; rationem ui-  
cissim ad omnes obiecti species pro modo latitudinis  
accomode

## INDEX

- accommodari: 2.  
Diuina & humanae res obiectum iuris prudentiae  
sunt 5.  
Diuinarum & humanarum rerum notitia est cog-  
nitio obiectiva: 6.

## I

- I**uris prudentia quid: & eius definitionis specialis  
& singularis explicatio: 4.  
Iusti & iniusti scientia propriā iuris prudentiae  
rationem explicat: 7.  
Iuris prudentia quare prīcpe loco in ius & iuris  
obiectum diuidatur: 8.  
Iuris prudentiā Lagus non satis exactē diuisit 9.  
Iuris prudentiā in dominium et obligationem ma-  
lē secuit apellus: 10.  
Iuris prudentia à plerūq; in personam, rem, &  
actionem. Et iuris obiectum in personam, rem,  
commercium, & persecutionem non rūe à derrero  
diuisa est: 11.

## O

- O**biectum & materia circa quā idem sunt: 1.  
Objectionis apelli, quod persona nihil ali-  
ud sit quam circūstantia: responsio. 12.  
Objectionis

## I N D E X

Obiectionis secundæ Apelli, de re et actione responsio:

Obiectionis tertiae Apelli, de similitudine et exemplo calcearij et calcei, atq; architecti solutio, 13.

Obiectionis quartæ Apelli, de actione reali et personali, responsio:

Obligatio an sit mater actionis: 17.

18.

## F I N I S





DE I V R I S P R V D E N  
T I A V E R A D I V I S I O N E T R A  
ctatus.



ISCIPLINAE  
hoc unicum habet  
præcipuum, & pe-  
culiare ( ut inquit  
clarissimus Domi-  
nus, D. Sebastia-  
nus Derrerus, præ-  
ceptor quondam  
meus obseruandissimus, in proœmio suœ iu-  
ris prudentiæ, quo hocce pro initio iam iam  
utemur) quod in illis principe loco obiectū  
( quod materia circa quā nominari solet )  
ad propriam rationem coarctari, illamq; ra-  
tionem uicissim ad omnes obiecti species  
pro modo latitudinis accommodari sit neces-  
se, prout aristoteles in libro. 1. ethic. cap. 1.  
tradit. Etenim per hanc unicam coarctatio-  
nem & accommodationem disciplinæ inuicē  
discrimine liquido seceruntur, nasciturq; in  
illis quæcq; pertinens consideratio, & præ-  
ceptio. Nam qui eō laborat, ut mortale  
hoc induat immortalitatē, 1. corinth. ca. 15.

C pro

20. METHODI IURIS

pro æterna beatitudine perfruenda, is fidē,  
charitatemq; ex fide ut æternę salutis admini-  
cula ex Euangeliō Christi scrutatur, & exer-  
cet. Qui uero destitutam corporis ualeatu-  
dinē reparare pergit, pharmaca contēplat,  
curatq; ut singula singulis morbis pertinen-  
ter adplicet, Quę omnia, licet ad idē obiectū  
sub alia tamen atq; alia ratione adhibeant;  
diuersas disciplinas atq; præceptiones tamē  
nasci est necesse. Quod cū ita sit, nō erit fa-  
ctu difficile, iuris studiosos quoq; rationem  
ipsam amplecti & obseruare: cum iurispru-  
dentia uera disciplina sit, atq; instar aliarum  
disciplinarū obiectū habeat propria ratio-  
ne coarctatū, possitq; eadem ratio ad obiectū  
species adposita eadē modari. I. fin ff de legi  
bus, iunctal. i. ff de statu hominum. Si qui-  
dē iurisprudētia ( teste Vlpiano in Iustitia  
ff de iust, & iure ) est diuinarum, humanarū  
q; rerū notitia, iusti atq; iniusti scientia. In  
qua finitiōe diuinarū humanarūq; rerū no-  
titia non impertinenter cognitio obiectua  
qua ipsum obiectū ( ut extat ) deprēhendit:  
potest interpretari, per iura proximē allega-  
ta, & l. i. ff de rerum diuisione. At iusti at-  
q; iniusti scientia propriam rationem expli-  
cat, ( iustitia, uer, iuris præcepta, ff. de iust.  
& iure

4.

5.

6.

7.

8.

## DIVISIO SVMMARIA 3.

& iure ca. 2. 4. dist. Quia in qua ratione iuris  
studiosi contemplatio circa obiectum, in  
hos limites coercetur, ut aliter locum habere  
non possit, nisi quatenus aliquid circa res di-  
uinias, & humanas iure uel iniuria sit, aut fie-  
ri potest.

Inde præsens institutū consulto à iure &  
iuris obiecto (in quę iurisprudentia princi-  
paliter diuiditur) exordium accipiet, tan-  
quā ab intrinsecis causis, à quib. per ordinē  
disciplinę tota manat iurisprudentia, quas  
rum altera & prior formam, altera uero quę  
posterior pars, materiam suppeditat, prout  
ubi supra præclare dominus D. Sebastia-  
nus Derrerus tradidit.

Ereæ sane sunt partes ipsius iurisprudē-  
tię, & nullę alię. Nam licet clarissimus uir do-  
minus Conrad. Łagus, iureconsultus eximi-  
us, iurisprudentiam iuxta controuersiarū  
genera in illud genus controuersiæ, qđ circa  
inquisitionem cauſarum propter quas nos  
illis obstricti, necessariò pareamus: Et in il-  
lud, quod consistit in perquirendis formis,  
quas in singulis negotiorum & delictorum  
humanorū speciebus pro iure leges obserua-  
re uolunt, diuidat: Et priorē iuris partē pla-  
ne philosophicam, alteram uero historicā uo-

C 2 cet.

4. METHODI IURIS

cet: Et licet etiam excellentissimus uir, & Jureconsultus subtilissimus (ut eū D. Dro-  
seus uocat) Ioannes Apellus, uniuersæ Iu-  
risprudentiæ, dominiū & obligationē ca-  
pita posuerit. Idē tamen ex dicta ratiōe D.  
Derreri supra tradita. Ius ipsū non adeo ut  
requirebatur exacte, nec (q̄ salua eorum re-  
uerentia & pace dixerim) omnino rite, tam  
circa id quod tractandum, quā etiam id q̄  
materiā eōtinet, circa quam ius ipsū uersat,  
considerarunt.

Etenim controuersię illud genus (ut D.  
Conrado Lago primo respondeamus) q̄  
circa inquisitionem cauſarum, prop̄ quas  
nos obſtricti, uerſatur. bene quidē ostendit  
unde oriant̄ constitutiones, quęcūq; pro le-  
gibus, hoc est, ſanctionibus haberi pro ali-  
qua repub. debent: ſed tamē ipsius Iurispru-  
dentiæ pars nequaq; est, verū potius origi-  
nis ipsius iuris, adeoq; iuris disciplinæ ex  
parte ſūpta manifestatio. Quae iuris disci-  
plina ius ipsū pro parte prima, prima porti-  
ōe, uel pro primo membro obtinet, et in ea  
parte iuris disciplinæ abſoluēda, primū ipsū  
ius, unde et ex quib. cauſis oriat̄. quomodo  
ius publica authoritate cōſtituat̄. Quas dif-  
rentias idem habeat: & quomodo diuidat̄  
ut ſuo

## DIVISIO STMMARIA §.

Cut suo loco latius dicetur ) inquirit, Quā inquisitione p̄dicatorum iurisprudentia ipsa partē primā eius ex philosophiē sōtibus, id est, ius ipsū ( parte uera, nō eius cōtrouer-  
sia attēta, ipso iure p̄ iurisprudētię prima par-  
te accepto ) explicat, obiecto. id est, alia ei-  
us parte ad perqrendas formas, quas in sin-  
gulis negotiorū & delictorū humānorū spe-  
ciebus pro iure obseruare leges uolūt, reser-  
uās. Quā alterā partē nos secundū Derrerū  
obiectum iuris ( q̄; materia circa quam eti-  
am in alijs disciplinis appellatur ) uocamus.  
Quod iuris obiectum ad propriā rationē  
coarctatur, Ratio aut̄ obiecti iuris ad om-  
nes obiecti species accommodatur, ueluti  
res diuinæ & humanæ iurisprudētię obie-  
ctū sūt, & diuinarū humanarūq; rerū noti-  
zia, cognitio iuris obiectua est, qua ipsum  
obiectū ( ut extat ) deprehēdit. At iustū atq;  
iniustum propria iuris prudētię ratio sūt,  
quā propriam rationē iusti atq; iniusti ex-  
plicat scientia, ut supra latius traditum ex  
Derrero est, ut ita dominus Cōradus Lagus  
alteram partem iuris doctrinæ in perquirē-  
dis quidē formis, quas in singulis negocio-  
rū & delictorū humanorū speciebus p̄ iure  
obseruare leges uolunt, cōsistere bene dixer-

C 3 rit.

## METHODI IURIS 6

rit: sed tamen controversię tale genus, & nō  
potius iuris obiectum ( q̄' perquisitiōe eius  
modi formarum in singulis negotiorum &  
delictorum speciebus explicatur ) partē alte-  
ram iurisprudentiæ male posuerit, eo q̄ cer-  
tum sit, omnium negotiorum, factorum, &  
delictorum disciplinæ, id est, iurispruden-  
tiæ, quæ de h̄isdem præscribit, obiectū, res  
diuinæ & humanæ esse: q̄ iuris obiectum  
ad propriam ratiōem eius, id est, ad iustū at  
q̄ iniustum coarctari, Iustū autem atq; iniu-  
stū uicissim ad önes obiecti species accōmo-  
dari pro modo latitudinis necesse est. Quo  
tādē iusto atq; iniusto in omnib. obiecti iu-  
ris speciebus deprēhēso, propriam rationē  
iurisprudentiæ ex ipsa iusti atq; iniusti scien-  
tia explicare, & ita etiam ad rerum diuinarū  
& humanarum, ut ad obiecti iuris, notitiā  
( quam ideo obiectuam iuris cognitionem  
cum Derrero appellamus ) peruenire ualea-  
mus.

10.

At uero Ioannes Apellus saltē ius ipsum  
quo ad eius formas, quas legibus præscribit  
ut eas in gerēdis negocījs, & puniendis deli-  
ctis tanq; duces ad tuendā & cōseruandā so-  
cietatem humanā cōsequamur: respexit, &  
ideo non ius, sed potius iuris obiectū, in do-  
minium

11.

## DIVISIO SUMMARIA 7.

minium et possessionē diuīsit: & male, eo q̄  
certo probare possimus partes obiecti iuris  
subiectivas, scilicet, personam & rem, & nō  
quatuor, scilicet personā, rem, cōmerc iū, &  
persecutionē, (ut eas Derrerus assignauit)  
nec tres, scilicet personā, rem, & actionē (ut  
plēriq; cū ipso imperatore iustiniano uolue-  
runt) nec demū obiecti iuris partes domini-  
um, & obligationē esse. Nā cum supra expli-  
catū sit, diuinās & humanās res obiectū iu-  
ris esse, & tamen obiectū etiā in disciplinis  
ipsis, nō aliter ad disciplinam sit pertinens  
nisi quatēus propria ratio disciplinę admit-  
tit, fit, ut iuris studiosus res diuinās & hu-  
manās, item & earundē species nō cōsideret,  
sicut generalitas ipsius obiecti ex sua latitu-  
dine easdē suppeditat, Sed solū quatenus  
aliquid iure uel iniuria circa easdem res di-  
uinās & hūanās fieri potest. Et ideo cū ēne  
iūs pariter & omnis iniuria diuinarū & hu-  
manarū rerū pertinenter ad personam & rē,  
ad eōq; ad eā rem, uel simpliciter cōsideratā,  
uel etiā ad eius cōmertium & persecutionē  
referri possit: & non ad commertium & per-  
secutionem per se, ut ad proprias species ob-  
iecti iuris, (eo q̄ hæ partes rei sint) iam e-  
videnter ad paret, quod persona & obiecti

C 4 iuris

.8      METHODI IVRIS TCE

iuris partes sunt subiectiuę p̄incipales, à quibus etiam duę species iuris oriuntur, res vero simpliciter accepta, rei commerciū, & rei persecutio saltem ipsius rei partes sunt integrales, ut ex quibus res ipsa integretur & consistat.

Quibus non obstat, q̄ dominus Apellus dicit, personam nihil aliud quam circumstantiam esse, quales sunt causa, locus, tempus, quantitas, qualitas, & euentus, ut eas perstringit Claudius Saturninus in l. aut facta, ff de pænis. Et quod sentiat, caium iurecōsultū eam circumstantiā pro iuris parte posuisse, quod uiderit eandem in legibus latissime patere, & ideo cōmodum censuerit eādem separatim explicare, & cæteris capitulo bus iurisprudētię cōnumerare: ut idē Apellus in sua Isagogi institutionū tradit. Quia persona non iuris ipsius, sed iuris obiecti id est, rerum diuinarū & humanarum pars est. Quae res diuinæ, & humanæ ( ut obiectū iuris ) cū nō aliter ad disciplinā sint pertinentes, nisi quatenus propria ratio Iurisprudētię admittat: et propria ratio iurisprudentię sit iustū atq; iniustū: eqdē etiā saltem quatenus aliquid iure uel iniuria circa easdē sit considerant, & nō sicut generalitas ipsius obie-

## DIVISIO SVMMARIA 9.

obiecti ex sua latitudine easdem species nobis suppeditat, cum autem omne ius pariter & omnis iniuria diuinarum & humana rum rerum pertinenter tam ad personam, quam ad rem referatur; certe persona ipsa (quantumuis alias circumstantia sit:) obiecti iuris portio subiectua merito dicetur, ratione subiectionis hic attenta.

Deinde etiam non obstat, quod idem de re obijcit, atq; actione, dicens: rem omnia compræhendere, tanquam transcendens, & actionem esse effectum obligationum ideoq; partes iuris esse non posse. sed rectius id, quod rem iureconsuli apellarunt dominium uocari posse, & ideo etiam alteram iuris partem obligationem ponere debere: Quoniam, licet uocabulum rei generalissimum sit, idē ipsum tamen personam ipsam hic non comprehendit, Sed potius pro quacumq; re quibus personæ utuntur, quas agunt, exercent, acquirunt, retinent, & amittunt, siue corporales, uel in corporales, & in patrimonio, uel extra patrimonium sint; accipitur. Quas res aut in dominio, aut in possessione & ita propriæ res ipsas, & non dominia, uel possessiones acquirimus, retinemus, amittimus, cū principales sint res, quæ uel domini

C 5 um,

10. **METHODI IURIS**

um, uel obligationē includant: ut ea quae re  
non præexistente esse nō possint, & ideo etiā  
bene dicimus nos res acquisiuisse, retinuisse  
uel amisiisse, in possessione, in dominio, &  
nō saltem ipsa dominia, uel possessiones, eo  
q̄ sine re præexistente ea ipsa minimē subsis-  
tant, Si ergo res ipsas acquirimus, retine-  
mus, amittimus, merito nos ad primā par-  
tem obiecti iuris ( quae persona dicitur) rē  
saltem, ut speciem ultimam adiecimus tanq̄  
eam quę rem simpliciter consideratam, rei  
commercium, & rei persecutionem, ut par-  
tes integrantes, complectatur.

Quippe commercium ipsum non nisi su-  
per re, aut acquirenda, aut retinenda, aut de-  
sum amittenda sit ut in l. finali ff de legi-  
bus accipit. Quae tria per totū ius se fundat,  
Et ideo totum ius ( quo ad cōmerciū rei ) cir-  
ca ea tria uersari Vlpianus significare uo-  
luit. Res ipsa autem actione persequitur, &  
petitur, idq; adeo, q; etiam actiones præiudi-  
ciales prætoriæ reales dicantur, uel realibus  
prætorijs actionibus connumerentur, licet  
in ijs super persona questio moueat: Etenim  
in eiusmodi actiōibus præjudicialibus per-  
sona petit, uenit in iudiciū tanq; mera res, &  
questio super illis uertitur, tanquam super  
quacun

## DIVISIO SVMMARIA

quacunq; alia re, seruus petiit, ut quęc; alia res, uel asinus, ut tradit gl. in d. I. cū aliquis de iure deliberādi. Et sicuti actiōe reali res uendicat, & actor petit se declarari dominū ita in actionibus præjudicialibus prætorijs, actor petit se declarari dominum serui, nō autem si seruus aduersus dominū ageret. L. i. §. hanc ff de rei vend. & ut de histri-  
dit zasius in .§. præjudiciales inst, de actiōi  
bus. vel, si de alijs personalibus actiōib. mē  
rio facienda esset, quibus actor agit contra  
aduersariū qui ei ex contractu uel maleficio  
obligatus est, nā eę actiones personales om  
nino personis litigātib. sunt infixa. Idem  
Zas. in .§. omnium inst. d. tit.

Inde magis propriè dicit, quosdam mo-  
dos iure introductos esse acquirendę rei de  
iure gentiū, & de iure ciuili. De Iure ciuili, re-  
rū uniuersaliū, & rerum singulariū. Et inde  
etiam res acquiri dicuntur, uel in dominio  
uel in possessione, ut quę sine re ipsa nihil  
sint.

Hinc actio non obiecti iuris species, sed  
partis alterius, & ultimę ipsius iuris obie-  
cti, puta rei ultima portio dicitur, scilicet ip-  
sius rei persecutio, nec tamen prolatione ip-  
sa obligatio pars obiecti iuris fit, quicquid  
dicat

154

.12.      M E T H O D I    I V R I S

dicit Apellus, sed potius ipsius rei commer-  
cij ( quæ rei altera species est ) partium mo-  
dus, Sicut & dominium est, in quo res acqui-  
runtur, retinentur, uel amittuntur : Acqui-  
rimus, retainemus enim uel amittimus pro-  
prie ipsas res in dominio, uel possessione, do-  
minia autem & possessiones sine rebus nul-  
lo modo.

26.  
Sed dicit hic apellus, dominium & obli-  
gationem duas iuris partes, conferri inter se,  
sicut architectus & calcearius conferuntur,  
ridiculū uero esse eum qui architectū cum  
calceo potius, quam cum calceario contule-  
rit. Cui ego respondeo, dominium ipsum  
nequaquam artificem nec architectum esse, qui  
faciat rem nostram fieri, sed saltem modum  
ipsius rei, in quo res nobis certis rationibus,  
& modis iure præscriptis acquiruntur, nec  
etiam possessionem ipsam credo se instar cal-  
cearij uel artificis cuiusdam, aut cauſe effici-  
entis habere, sed etiam modum ipsius rei es-  
se, in quo res nobis, itidem ratōibus & mo-  
dis iure expressis acquiruntur. cum certū sit  
rem ipsam non per dominium uel possesso-  
nem, sed rationibus & modis iure præscrip-  
tis, nobis in dominio, uel possessione eius  
acquiri. Facit ergo ius, & modus in iure  
præ-

DIVISIO SVMMARIA 13.

præscriptus rei acquirendæ, rem nostram esse, adeoq; rem in dominio uel possessione nostram, sed rem ipsam non facit, cum ea, si acquiri debet, prius existere debeat. Architectus autē domū, & calcearius calceum, rē scilicet quæ prius in forma talis non erat, efficit. & eam ipsam locando, uel luendendo, non dominium, uel possessionem rei, sed ipsam rem in possessione uel dominio alterius facit.

Verum subiçit appellus actionem realem & actionem personalem nō aliter quam dominum & calceum duos effectus, & duo officia esse, cum sicut actio personalis ex obligatione, sic etiam rei uendicatio fluat ex dominio. Sed respondemus, hoc aliter se habere, Nam si obligatio consideratur respectu suæ cauſæ efficientis, tunc sicut unum & idem factum producit simul & semel in patre paternitatem, & in genito filiationem. id est, hoc, quod altera persona nominetur pater, & altera filius. patre tamen naturaliter prius existente, & factum ipsum faciente. Ita quoq; unum & idem factum aptum saltem simul & semel in actore producit ius agendi, & in reo obligationem, qua reus astrigitur, faciente tamen prius existente & faciente.

18.


faciente. Illa autem facta vel actus non sunt  
actiones vel obligationes, sicut & genera-  
tio non est pater vel filius, sed sunt actionis  
vel obligationis causae effectiæ, quæ cau-  
sæ præcedunt, & tempore priores suis effe-  
ctibus sunt. At actio & obligatio sunt si-  
mul ex accidenti, & non ex natura, ideo, q  
non nisi obligatus quis sit, contra eam agi  
non possit, cō quod ea sua obligatio mihi  
pariat obligationem, naturale autem sit ge-  
nitorem vel patrem prius ipso genito ex-  
istere. Sed actio realis etiam fluit ex facto,  
sicut & obligatio realis. Ergo factum ip-  
sum, & non dominium eam producit, pro-  
pter quod factum rem talem etiam in do-  
minio petere possumus. Factum autē illud  
ita ab aduersario fieri intelligitur, quod idē  
rem alienam possidet. Nam licet actio in  
rem detur contra eum, qui nullo iure obli-  
gatus principaliter est. Attamen si acciden-  
taliter facto quodam obligatur, contra eum  
in rem bene agitur, facto autem suo obliga-  
tur, si rem alienam detinet. Ergo propter  
eam detentionem in rem contra eum bene  
agitur. Cum ea ipsa detentio causa sit acti-  
onis contra eum instituendæ, & non oblia-

gatio

DIVISIO SVMMARIA 15.

gatio. Obligatio autem rei prius, ex alio  
quodam facto in re, & actio in  
eam uendicante, re prius  
obligata tamē exi-  
stente, sīt ena  
tā.

FINIS



Katalog


ULB Halle  
004 953 738

3



1400

M



## Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



IVRIS  
ARTIS TOTIVS, AT  
QVE METHODI ABSOLVTIS-  
simē uerē & principalissimæ diuis-  
sionis, quæ haētēnus, Ixrosque Iure  
consultos excellētissimos latuit  
singularis & breuissima  
quēdā elucidatio,

A D. Paulo Olingero, Juris vtriusq;  
Doctore, Argentinense con-  
scripta.

Cum Repertorio notatu dignorum omnium  
Calci adnexo locuple-  
tissimo.

ARGENTORATI  
Blas. Fabric.  
1555